



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXXXIX. Markgraf Woldemar gestattet der Stadt Stendal, daß Vorladungen derselben vor das Land-Gericht, denen sie nachzukommen verhindert ist, auf andere Tage prorogirt werden, am 4. Mai 1319.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

Stendal scilicet Prato et Merica, quos quidem fratres ab omnibus prelati; cujuscunque conditionis existant, abbatibus scilicet, Prioribus, Prepositis, Decanis, archidiaconis, Archipresbyteris, Plebanis, Viceplebanis, Capellarumque rectoribus per nostram dyocessin constitutis, quibus presentes litere fuerint exhibite, in premissis actibus, puta confessionis et predicationis, sine omni contradictione seu cujuscunque constitutionis in contrarium allegatione admitti et promoveri seriofius volumus et mandamus. Presertim de gracia speciali adjicientes, ut omnibus graciis, libertatibus et privilegiis a nostris predecessoribus vobis concessis uti possitis, prout uti hactenus consuevistis. Preterea omnibus loca vestra causa devotionis visitantibus manumque adjutricem sive in locis sive alibi porrigentibus cunctisque predicationem a fratribus, de quibus predictum est, audientibus quadraginta dies indulgentie singulis vicibus de injuncta sibi penitentia misericorditer in domino relaxamus. Datum Halberstadt, anno Domini MCCCXVIII, Pontificatus nostri anno quarto decimo, quinto idus Junii.

Historische Sammlung Heft II, S. 126—129.

LXXXIX. Markgraf Woldemar gestattet der Stadt Stendal, daß Vorladungen derselben vor das Land-Gericht, denen sie nachzukommen verhindert ist, auf andere Tage prorogirt werden, am 4. Mai 1319.

Nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, tenore presentium ad univerforum noticiam volumus pervenire, quod per donacionem presentis scripti concessimus et concedimus fidelibus nostris civibus civitatis Stendal, si in iudicio communi populo vel cuilibet iudicium petenti reddendo, per ferias seu dies festos occurrentes fuerint impediti, ex tunc possint dies ac tempora juridica in tempus aliud prorogare. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Tangermunde, Anno Domini MCCCXIX, feria sexta post festum beatorum Apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach dem Originale des Stendalschen Ratharchives No. 47.

XC. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Stendal das Dorf Neuwinkel, am 4. Mai 1319.

In nomine Domini Amen. Nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, recognoscimus et ad univerforum notitiam tenore presentium publice volumus venire, quod nostris fidelibus civibus universis civitatis Stendal, tam presentibus quam futuris, dedimus ac per presentes literas, habita super hoc nostrorum discretorum atque nostra deliberacione prius matura, damus villam, Neu Winckel dictam, cum omnibus suis pertinenciis, scilicet agris